



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 91. Exercitus a Rege Angliæ in Picardiam missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

imposuit, atque hostem nullo equitatu ^{Sæcul. XVI.}
tectum laceffere incæpit. Fürstenber- ^{A.C. 1523.}
gius, cum in media hostium Regione
tot copiis resistendo impar esset, in Lo-
tharingiam secedere constituit, relicis
ambabus, quas nuper ceperat, exiguis
urbibus, nec tamen absque ingenti ul-
timi agminis dispendio pedem referre
poterat; quippe, ubi hi tracicere parabant,
eos Guisiæ Comes prope Novi-castrum
aggrediebatur. His tota Germanorum
expeditio finem accepit.

§. XCI.

*Exercitus a Rege Angliæ in Picar-
diam missus.*

Dum interea bellum in Italia, Bear-
nia, atque in Campania ferveret,
Rex Angliæ Franciam cum exercitu
invadere parabat, illiusque imperium
Suffolciæ Duci Mariæ, quæ Ludovici
vidua erat, Marito demandabat. Ad-
venerat Dux Calletum cum quatuorde-
cim, aut ferme quindecim Anglorum
millibus; ex quibus, junctisque aliis,
quas Comes de Bure exercitus Belgici
Bellidux adduxerat, copiis agmen con-
stituebatur viginti quinque, aut omnino
triginta peditum, ac quinque vel sex
equitum millibus validum, cuius nume-
ro Trimollius Dux, qui in Piccardia im-

Y 5. pera-

Sacell. XVI perabat, resistendo impar suos in aciem
A.C. 1523. educere non audebat, jam contentus,
 ut urbibus discrimini magis expositis
 præsidia imponeret, ac de rerum statu
 Regem, qui tum Lugduni agebat, quan-
 tocius certiorem redderet.

§. XCII.

*Parisiensis urbs ob hostiles copias ad un-
 decimum ab ea lapidem progres-
 sas ingenti terrore
 percussa.*

Rex accepto nuncio anxiis omnino cu-
 ris agitabatur; quippe hostilis exer-
 citus jam plures Picardiæ urbes armis
 subjecerat, quinimo ad Oesiam flumen
 undecimo ab urbe Parisensi lapide dis-
 situm processerat, nec tamen inde Rex
 penitus animo fractus, copias, quot quot
 poterat, in Picardiam transmisit, illisque
 Vindocinensem Ducem præfecit.

§. XCIII.

*Hostis pedem referre a Vindocinensi
 compulsus.*

Angli atque Germani comperto Vin-
 docinensis adventu haud ulterius
 progredi statuerunt, veriti, ne hujus Du-
 cis ac Trimollii copiis circumfusi a-
 tergo invaderentur, quo circa Mondiden-
 rio,